

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Auctoritate Et Sub Auspiciis ... Domini Guilielmi IX.  
Hassiae Landgravii, Principis Hersfeldiae, Rel. Rectoris  
Academiae ... Januarii A. MDCCLXXXVI. Celebrabitur  
Novi Magistratus Academici ...**

**Arnoldi, Albert Jakob**

**Marburgi, [MDCCLXXXVI?]**

**VD18 12074993**

Cap. I, 28.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-15029**

*Cap. I, 28.* non inueniens eius auctoritate  
otiose ollum sensum mundum totum dilatans hunc  
**וְשָׁבֵר פְּשָׁעִים וְחַטָּאִים יְהֹוָה**  
**וְעֹנוֹתָיו יְהֹוָה יְכֹלוּ**

**P**ro **יְהֹוָה vna, simul, coniunctim, pariter** etc. quod habet textus masorethicus, MICHAELIS (*Orient. Bibl.* P. XIV. p. 101. et *Suppl. ad Lex. Hebr.* pag. 674) confidenter reponit **לְהֹאֲלֹת** **laeta-**  
**buntur**, lectionis mutatae, quam expressit etiam versione sua Germanica (\*), rationem hanc reddens, quod non appareat, qui differant **פְּשָׁעִים**, **praenaricatores**, a **peccatoribus**, **חַטָּאִים**. Sed etiam si hoc dederimus, de quo tamen est, cur dubitemus, idem plane hominum genus utroque vocabulo vatem designasse: nihilominus commodam sedem facile tuebitur vulgaris punctatio. Quid enim? nullibi locus erit vocabulo **יְהֹוָה**, nisi in commemorandis subiectis genere *diuersis*, quibus idem communiter attribuatur (\*\*)? Atqui loca exstant satis multa, unde pateat, **יְהֹוָה** non minus ab Hebraeis, quam similis originis ad verbum **אֱלֹהִים** a Syris, admissum quoque fuisse, ubi plura eiusdem generis subiecta communis attributi societate iungere vel-

(\*) Ueber den Untergang der Abtrünnigen und Sünder wird Freude seyn.

(\*\*) *הַמְּמָא וְהַתְּהֹור יְהֹוָה יְאַכְלָנָה* *Immundi pariter ac mundi comedant ea*, Deut. XII, 22. *אֲכֹות וּבְנֵים יְהֹוָה patres pariter et filii offendent*, et alibi. Eiusmodi loca, ni fallor, ansam erroris deduxunt, quo acutissimus interpres finibus iusto arctioribus vocabuli **יְהֹוָה** vsuum circumscriptis.



vellent, siue indicare, id quod ediceretur valere in *uniuersos*.  
 En quaedam, ut forte succurrunt, exempla. Ies. XLV, 16. **יְהוָה** הַלְכֹה בְּכָלָמָה חֲרַשִׁים צִירִים  
 eunt, qui locus euidentissimo documento est, **יְהוָה** permutari  
 cum, quippe quod adest in priori membro; Cap. LII, 8.  
**רְנֵנוּ וְיְהוָה**, צְפַר יְהוָה וְרְנֵנוּ *uniuersi speculatores tui ouabunt*, et v. 9. **רְנֵנוּ וְיְהוָה** וְרְנֵנוּ  
 חֲרֻכּוֹת וְרוֹשָׁלָם, *iubilate omnia Hierosolymorum deserta*. Addantur lo-  
 ca nostro simillima, Ps. XIV, 3. **וְחִזְוּ נַאֲלֹזוּ**, *uniuersi corrupti sunt*;  
 XXXV, 26. **וְבָשְׂוּ וְיְהִפְרֹא יְהוָה שְׁמֵה רָעָתוֹ**, erubescant et pudecant om-  
 nes, qui malo meo laetantur, et XXXVII, 38. **וְפֶטְעִים נִשְׁטוּ יְהוָה**,  
*rebelles uniuersi exstirpantur*. Apparet igitur, nullam omnino esse,  
 quam MICHAELIS in loquendi consuetudine deprehendere sibi visus  
 est, mutandae lectionis necessitatem! Quia contra ab vsu lin-  
 guae et analogia manifesto alienior est, quam substitutam ipse  
 voluisse, formula: **וְשָׁבֵר פְּשָׁעִים וְחַטָּאתִים יְהוָה**, *interitu praeuaricato-*  
*rum et peccatorum laetabuntur*. Namque cum omnino omnia gau-  
 dendi verba Hebraea non nisi intercedentibus praepositionibus  
 בְּ, לְ, אֶל vel לִ, iunguntur nominibus, quae gaudii materiam  
 indicant, tum idem vsu obtinuisse in **חָרָה**, et si hoc verbum in  
 rarissimis est, quippe in Kal semel tantum Exod. XVIII, 9. se-  
 mel iterum in Pihel Pl. XXI, 7. seruatum; intelligitur tamen  
 ex illo ipso Mosis loco, vbi legimus: **וְחוֹדֵר עַל כָּל הַטּוֹבָה**,  
*Iaetus est Iethro de omnibus beneficiis etc.* Syris itidem et Chal-  
 daeis, quibus multo vsu tritum fuit verbum **חָרָה** haud alia  
 placuit eius struendi ratio. Ad hanc igitur normam Iesaias,  
 si quidem in mente habuisset, quod habuisse etiū autumauit  
 MICHAELIS, procul dubio scripisset: **וְעַל שָׁבֵר — יְהוָה**. Præterea  
 obtemp

C

tan-



tantum abest, ut ex illa vocalium mutatione accuratior existat parallelismus membrorum poeticus, ut valde is turbetur etiam illato in alteram sententiam *gaudio*, cui nihil sit in altera quod respondeat. Si quis vero aut parallelismi rationem non satis constare cum MICHAEL exsistimauerit, nisi in priori membro *verbum* aliquod legatur, respondens verbo *יכלו* in altero hemistichio, aut nimis duram iudicauerit ellipsis verbi *בְּנָא* *יִהְיָה* *שֶׁבַע* supplendi: nihil profecto neque aptius erit, neque magis in promptu, quam ut pro *וְשֶׁבַע* reponatur *וְשֶׁבַע*, ex verbi specie Pūhal: *conterentur omnes rebelles et peccatores*. Quam pronunciationem secutos esse Alexandrinum interpretem et Chaldaeum, ex eorum versionibus, si non certa, at probabili tamen ratione cum DOEDERLEINIO collegeris: ille enim vertit, *καὶ συντριβησονται*, hic pariter verbo *passiuo יתברון* usus reperitur. Quandoquidem vero ambo illi interpretes numerum pluralem vertendo expresserunt, ansam inde arripuit KOPPIUS, confundendae lectionis etiam pluralis *וְשֶׁבַע*, quae iam ante eum Houbigantio placuerat. Quod quantum abhorreat ab omni ratione vere critica et dialectica, facile perspiciat quemcunque non obcaecauerit mutandi omnia et nouandi libido. Quidni enim licuerit veteribus, ubi proprietates offenderent Hebraei sermonis ab eius linguae, qua vertendo vterentur, consuetudine nimirum alienas, his neglectis sensum eo modo reddere, quem ad suae ipsorum linguae indolem iudicarent accommodatiorem? At eiusmodi sane est constructio illa Hebraeis haud insueta, qua nomini plurali iungi potest verbum singulare, praesertim quando



quando verbum praecedit. (Vid. clar. SCHROEDERI Synt. §. LXII, L. et ven. STORRII Obs. ad anal. p. 380. sq.) Ad hanc igitur rationem si interpretem Graecum legisse ponamus טבָר פְּטֻעִים, scire equidem velim, quo alio modo, atque nunc Hebraica vertit, ea reddere vel potuerit, vel debuerit.

Cap. VI. 6.

**V**erba נטשותה עמק בית יעקב, quae a plerisque vertuntur: deseruisti, vel reiecisti (tu Deus) populum tuum, gentem Iacobaeam, ven. PAULUS (*Memorabilien* Fasc. V. p. 95.) interpretatus est: quando (tu Deus) populum tuum contemplaris (\*), atque hac occasione inuitante vniuersum verbum נטש eo quidem consilio tractauit, ut explosa, quam adhuc nemo non ei tribuisse, dimitendi, relinquendi ac deferendi significatione, tanquam facta illa atque ex paucorum tantummodo locorum serie temere arrepta, sufficeret eius in locum genuinam considerandi et contemplandi notionem, in Arabico نطس seruatam. Itane vero? omnes adhuc interpretes et lexicographos vera latuit indoles verbi, quod

(\*) Betrachtest du (*Iehova*) dein Volk, die Jakobiden.

So — sind sie, weil sie reich, wie vormalts wurden.

*Wahrsager wie die Philistäer.*

*Und werden Fremden nun die Hände hießen.*

